



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Lingua vt̄ sit custodienda, ne Deus proximusue offendatur: sile[n]tium  
duplex quī obseruandum sit. Can. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

## CANON II.

**L**INGVAM TVAM Vigilansime restringas, ut nihil nisi necessarium ac pre-  
meditatum loquaris, id est paucissimis quam potes verbis, modeste, benigno &  
fine clamore, fugiens & abstindens loquendi occasiones quantum vales. Ab or-  
tum verbo perniciose, detractorio, murmuratorio, impudico, contentioso, tan-  
quam à mortali peccato abstineas. Ab omni ioco, levitate, cachinno, ab omni verbo  
onoso et vigilansima custodia cohibeas, ne videlicet ea loquaris, neque quātum  
in te est, audias. Ut detractionis vitium evadere quæcas, statue de absentibus nunquā Detrac-  
tione nisi quæ certa sunt ut in animarum adificationem dicantur. Semper ideo tione qui  
ad manum tibi sit, quo sermonem interrumpens (si de absentibus fiat loquutio) a-  
liam materiam inferas loquèdi, antequam ad detractionis aut vituperationis ver-  
balaxentur lingui. Observa maxima diligentia, ne de ijs qui te offendenterunt, aut  
contrā quos in corde non perfectam sentis dilectionem, loquaris aut patiaris quem-  
piam loqui: quia detractio ibi cito illabitur, dum alij ad consolationem tuam lo-  
quuntur, tibi adulantes & offensoribus obloquentes. Nullam itaque prorsus accu-  
sationem recipias aduersus eos qui tibi inimicantur, aut quos tu auersari. Studie-  
gitur quantopere potes in silentio semper manere. (Silentium dico, nō solum oris,  
sed & maximè cordis) ut concupiscentiarum strepitus, passionum clamor, mala-  
rum affectionum & inclinationum inordinatarum inquietudo in te non audian-  
tur, nec tu cum fantasias, imaginibus rerum similitudinibus, intus loquaris: sed in  
quiete & silentio quasi in omnium rerum obliuione, aut extra mundum constitu-  
ta, mihi soli loquere, me solum ausculta. Noli verbis vñquam contendere, nec sen-  
sum aut opinionem tuam defendere. Sine vñcuique iudicium suum, vbi exhorta-  
tione tranquilla mihi proteceris. Non ergo discepres verbis nec cogitationibus di-  
sputes. sed mihi omnia committe, & tu in silentio viue.

Loquens  
quomodo  
de absen-  
tibus.

Silentium  
duplex qui  
obseruanda.

Vita abstracta ut eligenda, quanque sit ea ad vitam internam necef-  
saria: aliorum obseruare defectus ut maximopere  
sit fugiendum.

## CANON III.

**F**VGEBE consortia familiaritates hominum: & vbi aliter necessitas propter  
honor em meum, aut proximi salutem non vrget, esto sola. In solitudine meti-  
bi reuelabo. Solitudo, silentium, nuditas & simplicitas cordis præparant mihi nam in ani-  
locum. Serua igitur te abstractam ab omnibus in silentio & solitudine cordis, incli-  
nationibus propriis, vagis cogitationibus ac desideriis affensem atque auditum ne-  
gans. Natura enim vestra semper vult gaudere consolacione, & nunc extra, nunc  
intra occupatur, quarens solatia in creaturis: vnde multipliciter distrahitur. Tu  
igitur omnibus inclinationibus sensu liberas, & serua te solam, abstractam  
ab omnibus creaturis, quantum discretio, quantumq; obedientia & ad proximi-  
mum charitas admittit, semper in externa & interna solitudinem manens. Cura quā-  
tam vales, ut familiaritatem occasionem etiam alijs non præbeas, quia nimis vita  
impedit spiritualem, quæ nunquam est liberior aptiorq; ad proficiendum, quam prout spi-  
ritus in omnibus occupationibus abstracta. Vbicunque tamen fueris siue inter ho-  
minalibus.

